

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Venerádo uiro,eruditione & uirtute prestanti, domino Georgio Buchholtzer,  
praeposito ecclesiae Dei in urbe Arctoa, amico suo charissimo,Phil.Mel. S.  
D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

lectione dignum, sed tamen ostendentem nostros labores in hac scholastica gubernatione: quam ut Deus adiuuet, toto eum pectore oro. Snepius copiose mihi de Mediatore scripsit: et defendit idem, Mediatoris et intercessoris officium non esse unius tantum naturæ proprietatem, sed personæ, secundum utranq; naturā. Sed hæc aliàs copiosius. Quo ut per hunc tabellarium respondeas. Bene & feliciter uale. Die æ quinoctij uerni, Anno 1553.

Venerādo uiro, eruditione & uirtute præstanti, domino Georgio Buchholtzer, præposito Ecclesiæ Dei in urbe Arctoa, amico suo charissimo, Phil. Mel.

S. D.

Venerande domine Georgi, hunc nuncium mihi ad uirum clarissimum dominum doctorem Hieronymū: qui an sit Berolini, aut Francosordie, nuncio meo indicabitis. Literas autem, si quas mihi uolueritis mittere, huic tabellario tradite. Nos nihil noui habemus, nisi rediisse Ducem Saxonie Mauritium Electorē, et adducere Magistrū Theutonicū, ut uocant, ut cōducantur equites. Sermones hominum nō obscuri sunt de bello Heluetico, et de bello Saxonico. Deus reddat miseræ Germaniæ pacē. Bene ualete, et rescribite. Salutem reuerenter opto uiro clarissimo, domino Cancellario. Die Nicolai.

Eidem.